

Salus nostra in Christo.

Reverende et Clarissime Doctor Gynæe, Domine et Amice
honorande. Sæpe magna cum voluptate audiui ex Amicis, do-
citurum laboribus tuis sanctissimis isthic cumulatè in schola et
Eclesia benedicere, atq; etiam te aliquam non ingrati-
am mei recordationem retinere. Tam autem voluptatem D. speli-
tus humanissima tua salutatione mihi nuper admodum reno-
vavit. Magnam igitur pro hæc benevolentia in me tua gra-
tiam me tibi debere fateor: quam etsi jam reddere non possim,
pergam nihilominus ea quæ ratione perfici et nomina-
apud te augere. Tres adolescentes Bernenses, qui ad vos veni-
unt, vixerunt aliquandiu in schola nostra, modesti satis
et seduli omnes, nobis etiam cumprimis ob spem præclaram,
quam Ecclesia et Patria de se pollicentur, chari. Eos verò
nunc de voluntate Mæcenatum et amicorum suorum ad cele-
berrimam Academiam vestram hinc discedentes tuo favori
velim esse quam commendatissimos. Ex literis D. Hubneri
Pædagogiarum Bernensium antiquissimi mei cognovi certamina
vestra cum Hubero turbatore pacis Ecclesiasticæ, qua aliquan-
diu Dns Helvetios donaverat, et qua cumprimis omnibus nobis
opus nunc erat. Etsi autem non difficile sit intelligere, Satanam
actam jam alibi fabulam denuò agere conatam esse: tamen quod
lucius fuerit catastrophe, magnas Deo optimo Patri, ac prudentissi-
mo Senatui Bernensi gratias haud dubiè debemus, nec minores
tibi reliquissq; D. D. Fratribus, qui pro tranquillitate Ecclesiæ for-
titer laborassent. Accepi etiam theses D. Alberio propositas de ius-
tificatione, quibus eum acquiescere ac Deo gloriam dedisse, vehe-
menter gaudeo. Gravius enim schisma non quidem ob dogmatibus
aliquam speciem, sed ob viri eruditionem inde metuebam. Tan-
tum in thesibus istis non satis assequor, quod de iustitia tripartita
Christi nobis imputanda tuo etiam calculo, nisi fallor, proba-
tum est. Discrepare enim hoc non nihil à recepta doctrina
nostrarum Ecclesiarum, atq; etiam à sententia scripturæ vide-
tur, quæ omnia peccata nostra sanguine Christi s. quo haud
dubiè universum humilitatis ac mortis sacrificium benevolenti-
notatur: expiari docet. Nihil enim illorum trium malorum,
quibus tres iustitiæ Christi partes remedium afferre dicuntur,

est, quod non peccatum sit. Mala vero ea sunt injustitia nostra
ut sic loquar, privativa, injustitia etiam positiva et reliqua in
natura etiam renata pravitas. Nihil igitur horum videtur esse
cui non sufficiens sit remedium sanguinis Christi imputatio. Puto
autem paci Ecclesiae à vobis datum hic aliquid esse. Metuo ne ad
tale quid aliqui arripiat, qui in exurgendis nostrorum recte di-
ctis et scriptis jam usq. ad furorem laborat. Quam acerbè labori
meum optimo studio susceptum in Bibliorum Germanicorum il-
lustratione insectatur et lacerat? Non desunt quidem nobis
arma ad defendendam veritatem, sed quantum interim dani-
bat hic aper Calydonis in vinea Domini? Oremus Dominum, ut
petulantiae huic tandem statuatur modum, si non sit sanabilis.
De statu Saxonicis multa jucunda ex amicis cognosces. hic
cia misceatur amaris. Mitto tibi disputationem meam de contra-
dictione, cujus argumentum et scopum ex praefatione cognosces.
Feliciter vale, vir Clarissime, et pro nobis ora, ut pro te nos
oramus. Heidelbergae 8. Calend. Octobris 1588.

Erhardus

T. T. David Pareus.

Reverendo et Clarissimo Theologo
D. D. Johanni Jacobo Gryndo, Basi-
leensis Academiae Professori, Ecclesiae
vero Antistiti, dignissimo, Dno et Amico
suo plurimum honorando. Basel.

971

D. Davidi Pareo J. Gryndus S. P.

Misit superioribus mensibus, mi Frater, etiam ad me D. Piscator
exemplar thesaurum de contradictione, quas nuper Logicae Genevensis
displacuisse, D. Beza teste, quæstus est. Ego hortatus sum illum, ut
Jesuitarum et Ubiquitariorum sophismata accurate refutanda
susciperet, sperans seria tractanti praesidium Logicae Aristotelicae
arrisurum. Sed recens à D. Toscano doctus cognovi, illum
etiam de imputatione obedientiae Christi activæ nodum in seipso
querere coepisse. Id mihi dolet, tum Ecclesiae, tum ipsius causam.
Nolim autem te aut pios alios cogitare. Bernæ quicquam de
justificatione nobis visum haerologizant. Quod ea res ad pacem
jucundam factura videretur, si ita genuinum et distinctum
justificationis et sanctificationis beneficium statueremus, ut tum
illo non sejungeremus, fidenter, quia justificamur, fontem esse
bonorum